

Während die Beurkundung von A am 6. Mai 1207 in Frankfurt erfolgte, gehören die Handlung und ein Teil der Zeugen des vorliegenden Diploms vermutlich zu einem Altenburg-Aufenthalt Philipps vom Mai 1206.²⁾

PHILIPPUS SECUNDUS³⁾ DEI GRATIA ROMANORUM REX ET SEMPER AUGUSTUS. | Pium est et salubre ꝛcclesiarum dei commodis operosius inherere et ab ipsarum inquietudine ob spem remunerationis eternę pravorum hominum insolentias coartare. Qua|propter ad universorum imperii fidelium tam presentium quam futurorum notitiam duximus | perferendum, quod dilectus consanguineus noster Theodericus marchio Missnensis in nostra con|stitutus presentia saluti suę consulens intimavit nobis et confessus est, quod curtis | illa, quę Antiqua Cella nuncupatur, in qua ipse frequenter vendendi causa manere con|suevit, cum fundo et omnibus eius appendiciis monasterio de Cella pertineat quodque | in illo loco ꝛcclesia prelibata primitus fuerit constituta. Unde ad honorem sanctę dei geni|tricis et virginis Marię et ob reverentiam Cisterciensis ordinis antedicti karissimi consangu|nei nostri precibus annuentes locum eundem cum omni integritate et iure confirmamus | monasterio de Cella et fratribus deo ibidem famulantibus perpetuo possidendum, statuentes | et sub interminatione gratię nostrę firmiter precipientes, ut nullus successorum vel heredum | ipsius marchionis curtem eandem sibi vendicet aut ipsam a iurisdictione et potestate | monasterii Cellensis occasione aliqua efficiat alienam. Ad cuius rei certitudinem et robur | inviolabile presentem paginam conscriptam regię maiestatis sigillo iussimus com|muniari. Testes hii sunt: Conradus Haluirstadensis episcopus, Engilhardus Nvvenburgensis episcopus, | Hermannus lantgravius Thuringie, Conradus marchio de Landisperc, comes Didericus de | Grörsche, comes Lambertus⁴⁾, Albertus de Drözik, Albertus de Vroburc, Heinricus | de Chorun, Cono de Minzinberc, Fridericus de Rotinburc et alii quam plures. ^{a)} Datum apud Frankinfort anno dominicę incarnationis millesimo CC^oVII, | pridie non. maii, indictione decima.

(SP.)

35.

Papst Innozenz III. beauftragt den Abt, den Prior und den Kantor des Zisterzienserklosters Altzelle, den Streit zwischen dem Domkapitel von Meißen und

a) Danach folgt eine unbeschriebene Zeile A.

2) Vgl. Ficker, *Neue Beiträge*, S. 43 f. (181 f.); *Reg. imperii V/1*, S. 38, Nr. 130a, 132, S. 42 f., Nr. 145; *CDS I/A*, Bd. 3, S. 77, Nr. 96, S. 89, Nr. 109; *Dobenecker, Reg. hist. Thuringiae II*, S. 243, Nr. 1306–1307a, S. 249, Nr. 1341; *Gutbier, Itinerar*, S. 46 f., 52; *Patze, Altenburger UB*, S. 49 f., Nr. 61, 63; *Gockel, Königspfalzen II*, S. 55 f., Nr. V.1.13, S. 674 (Berichtigung); *Schütte, König Philipp v. Schwaben*, S. 11, 157, 255 f., 298.

3) *Philipp sah sich in der Nachfolge des römischen Kaisers Philippus Arabs (244–249), worauf diese in seinen Urkunden gelegentlich auftretende Zählung hinweist*, vgl. *Reg. imperii V/3*, S. XXI; *Erben, Kaiser- und Königsurkunden*, S. 313.

4) *Graf Lambert (II. von Gleichen)*, vgl. zu ihm *Tümmeler, Geschichte der Grafen von Gleichen*, S. 139 (Register) und *Schütte, König Philipp v. Schwaben*, S. 517, zur Genealogie zuletzt *Schwenicke, Stammtafeln XIX*, Taf. 98.